



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quae mala sequantur ex gula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Eccè hæc fuit Gentilium abſtinentia, nos verò Chriſtiani, & præſertim Euangelici, quoties in die nos replemus & ingurgitamus? & nemo pro peccato reputat. dicitur Eccl. 37. Propter crapulam multi perierunt, & plures quàm gladio &c.

Tertiò, multa mala & quidem grauiffima ſequuntur crapulam. Eſt enim homo gulofus requies diabolici, non enim macilentos, ſed pingues quærit. Ideò mali Spiritus Matthæi 8. petierunt mitti in porcos. nam porcus nihil aliud quærit niſi cibum, vt ſemper voret, ſe repleat & impinguetur: ita etiam faciunt gulofos, & in tales diabolus habet ſuam poteſtatem. Non enim legitur, Sathanam tentâſſe diuitem epulonem, qui iam ſuum erat mancipiũ, Luc. 16. Sed Chriſtum ieiunantem & eſurientem in deſerto tentâſſe, cũ diceret: ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti fiant panes. Ideò docuit Chriſtus quòd genus illud dæmoniorum, quæ gulã accendunt, non eiſcitur niſi ieiunio & oratione. Qui ergo vult liberari ab illo dæmonio, fugiat crapulam. Deindè gula nocet homini in corpore & anima: in corpore, quia plurimas infirmitates generat. Eccleſiaſt. 37. In multis eſcis erit infirmitas. Multos morbos faciunt multa fercula, quia ex nimia repletionem, multi fiunt paralytici, contracti, hydrofici, pleuretici &c. Vndè eſt magna hominum ſtultitia, quòd ob delectationem palati per vnã horam, ſibi accerſant multifarias infirmitates. nam vitam quoque abbreviat crapula. Eccleſiaſt. 37. Qui abſtinens eſt, adijciet vitam. Eſt enim abſtinentia mater ſanitatũ & viuacitatũ: voluptas autem & repletio, multarum egritudinũ cauſa eſt. Itẽ gula nocet animę nã facit obliuiſci creatoris ſui. Oſeę. 13. ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliuiſci ſunt mei. In hoc ſepè peccant clerici, quandò conuiuantes horas canonicas negligunt. Proueniunt autẽ ex hoc vitio gulæ multa mala humano generi & plagæ, nempe caritas
annonæ

2.

Matt. 4.

Matth. 17.

Leuit. 26,

annonæ & frumentorū, fames, incendia, morbi acuti, &c. Ideò dicitur: si non seruaueritis præcepta mea &c. hæc faciam vobis, visitabo vos velociter in egestate & ardore: frustra seretis sementē, qui ab hostib. deuorabitur: labor vester erit incassum, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. & infra: Cōfringam baculum panis vestri? panis dicitur baculus, quia sustentat vitam) vt decem mulieres in vno clibano pinsant panes, & reddent eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini. sic etiam Deut. 28. scribitur de plagis huiusmodi, & historia Num. 11. testatur quantopere displiceat Deo gula, quando filij Israël in deserto petierūt carnes non cōtenti de manna coelesti, quomodò puniti sunt dum adhuc carnes essent in dentibus eorum & moriebantur subito, &c.

CAPVT XIX.
ARGVMENTA.

1. *De vitio ebrietatis.*
2. *Quæ mala sequantur ex ebrietate.*
3. *Quantū sit punita à Deo, & hodiè puniatur.*

1. **P**rimò ebrietas est non necessaria (cum *vnnotige*) (repletio potūs, per quam ratio deperditur, & est maximum peccatum, si fit cum proposito. Noë cum bibisset vinum, nudatus fuit: quod nō accidisset, si sobrius fuisset, Gen. 9. dicitur Eccl. 31. Vinū ad iocunditatē creatum est, & non ad ebrietatem; exultatio corporis & animæ, vinum moderatè sumptū: abundantia verò vini, iram & infirmitates multas generat. Ideò Apostolus 1. Timot. 3. prohibet eligi in Episcopum vinolentum, & Christus prohibet ebrietatem, inquit Lucæ 21. Videte ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, &c. Et propheta Esaias 5. clamat contra hoc vitium, inquit: **VAE** qui consurgitis manè ad ebrietatem
sectan-